Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



164 213

semini eius non dicit et seminibus quasi multis: sed quasi in uno et semini tuo qui est xps
Hoc autem dico testamentum confirmatum ad deo que
post quadringentos et triginta annos facta est
lex non irritum fecit ad euacuandam promissionem
nam et si ex lege hereditas: iam non ex promissione
Abrahe autem per repromissionem donauit deus Quid
igitur lex Propter transgressionem posita est donec
ueniret semen cui promisserat ordinata per angelos
in manu mediatoris Mediator autem unius non est
deus autem unus est Lex ergo aduersus promissa
dei Absit Si enim data esset lex que posset uiui
ficare: uere ex lege esset iustitia Sed conclusit scrip
tura omnia sub peccato: ut promissio ex fide iesu xpi
daretur credentibus Gr. Respice domine in testamen
tum tuum et animas pauperum tuorum ne obliuiscaris in finem V.
Exurge domine et iudica causam tuam memor esto oblprobrij
seruorum tuorum Alla V. Venite exultemus domino iubile
mus deo salutari nostro V. Preoccupemus faciem eius in
confessione et in psalmis iubilemus ei Secundum Lucam.
In illo tempore Dixit discipulis suis Beati oculi qui uidet
que uidetis Dico enim uobis: quod multi prophete
et reges uoluerunt uidere que uidetis et non
uiderunt: et audire que audiuitis et non audierunt
Et ecce quidam legis peritus surrexit tentans
illum et dicens magister: quid faciendo uitam
eternam possidebo At ille dixit ad eum In lege
quid scriptum est Quomodo legis Ille respo
dens dixit Diliges dominum deum tuum ex toto cor
de tuo: et ex tota anima tua: et ex uiribus
tuis: et ex omni mente tua: et proximum tuum sicut